Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

meum. Et accepto calice gratias
agens. dedit eis. dicens bibite ex il
lo omnes. Et ait illis. Hic est sangui
nis. noui testamenti. qui pro multis
effundetur. Luce uero his uer
bis narratio explicatur. Et ac
cepto calice gratias egit & dixit.
Accipite & diuidite inter uos.
Dico enim uobis. quia non bibam
de generatione uitis. donec reg
num dei ueniat. Et accepto
pane gratias egit & fregit. et de
dit eis dicens. Hoc est corpus
meum quod pro uobis datur. Hoc
facite in mea commemoratione.
Similiter et calicem post quam
cenauit dicens. Hic calix no
uum testamentum est in sangui
ne meo qui pro uobis fundetur.
Beatus etiam Paulus come
morans sacratissimum illius
cene mysterium inter alia sic
dicit. Ego enim accepi a domino.
quod et tradidi uobis. Quoniam
dominus ihesus in qua nocte tradeba
tur. accepit panem. et gratias
agens. fregit et dixit. hoc est
corpus meum quod pro uobis datur.
hoc facite in meam commemo
rationem. Similiter & calicem
post quam cenauit dicens.
Hic calix nouum testamentum

in meo sanguine. hoc facite
quotiens cumque bibetis. in meam
commemorationem. Quantum est
istud. et quam ineffabile salutis
mysterium & pietatis sacra
mentum tanta est testatione
predictum. tanta ueritate com
mendatum. ut primo hoc christus cor
pus et sanguinem suum assere
ret. quam pro nobis suum corpus
& sanguinem traderet. Hemo
enim potest passionis christi. cor
poris que eius per maiestate reuela
ta sacramenta cognoscere. Notan
dum quoque est diligenter quod in eo
dem cena. et iudaicum christus pascha
comedit. quod oportebat auferri et sacramentum corporis sui.
et sanguinis dedit. quod ad salutem
fidelium oportebat instituti.
Desiderio inquit desideraui
hoc pascha manducare uobis
cum. ante quam patiar. Manducauit ergo pascha quo passurus
significabatur. ante quam pro
bis uoluntarie pateretur. Co
medit pascha iudeorum quo primus
fuis est xpe. ut ueniret ad pas
cha nrm quod immolatus est xpe.
Aperte autem euuangelium dicit.
quod manducantibus illis. accepit
ihesus panem. & benedixit eum & ita